AUGUSTINUS

Klosterneuburg, 3. Drittel 12. Jh. Seite 65r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Et sermonibus odij circumdederunt me. illi qui lingua dolosa quasi non
odij. s; dilectionis uerba locuti sunt. Ideo aduersum me. q̄ insidiando
hoc faciebant. Postea sermonib; n̄ false & dolose dilectionis. s; apti odij
circumdederunt me. Et expugnauerunt me gratis. Sicut aut̄ pij gra-
tis amant xp̄m. sic impij gratis oderunt. q̄ sicut ueritas nullo extra eam
ꝓposito commodo propt̄ se ipsā expetit̄ ab optimis. ita iniquitas apes-
simis. Vnde & apud auctores sel̄ariū litterar̄ dictū ē de quoda pes-
simo. Gratuito poti⁹ malus erat atq; crudelis. Pro eo inquit ut me di-
ligerent detrahebant m̄i. Sex sunt in isto gn̄e differentie que cōmemo-
rate animaduti facillime possunt. reddē bona ꝑ malis. n̄ reddē mala
ꝑ malis. reddē bona ꝑ bonis. reddē mala ꝑ malis. n̄ reddē bona ꝑ bo-
nis. s; reddē mala ꝑ bonis. Hor̄ duo p̄ma bonor̄ sūt. & eor̄ duor̄
p̄ius meli⁹. Postrema duo malor̄. & eor̄ posteri⁹ deteri⁹. Duo media
q̄dam̄ meliora. s; eor̄ p̄ius ꝓpinquū bonis. posteri⁹ ꝓpinquū malis. Hec
in scriptur̄is sc̄is oportet attendē. Reddit bona ꝑ malis ipse dn̄s q̄ ius-
tificat impiū. & pendens in cruce dixit. Pater ignosce illis. q̄a nesci-
unt q̄d faciunt. Cui⁹ uestigia secut⁹ sc̄s stephan⁹. fixo genu orauit ꝑ la-
pidantib; dicens. Dn̄e ne statuas illis hoc delictū. Ad quā rem p̄cep-
tū ꝑtinet. diligite inimicos ur̄os. bene facite his q̄ oderunt uos. &
orate ꝑ eis q̄ uos ꝑsecunt̄. Mala ꝑ malis n̄ ēē reddenda. paulus apl̄s di-
cit. Nulli malū ꝑ malo reddentes. Et apl̄s petrus. Non redden-
tes malū ꝑ malo. ul̄ maledictū ꝑ maledicto. Vnde & in psalmo legit̄.
Si reddidi retribuentib; m̄i mala. Duor̄ postremor̄ illud mitius ad no-
uē leꝑsos ꝑtinet. q̄ cū mundati eēnt a dn̄o. grās n̄ egerunt. Illud u̅ ul-
timū quo nichil ē pei⁹ ad hos ꝑtinet de quib; i isto psalmo dr̄. ꝑ eo ut
diligēnt me detrahebant m̄i. Dilectionē quippe debebant tantis dn̄i
beneficiis. quā n̄ solū minime reddebant. uerū etiā ꝑ illo bono irroga-
bant malū. Duo u̅ media que dixim⁹ hominū. q̄dam̄ ēē medior̄ ita
se h̄nt. ut eor̄ p̄ius q̄d ē reddere bona ꝑ bonis habeant & boni & me-
diocrit̄ boni. ul̄ mediocrit̄ mali. Ideo dn̄s hoc n̄ rep̄hendit. s; non
uult in eo solo suos discipulos ꝑmanē. q̄s uult ad maiora ꝓuehere.
quib; dicit. Si dilexeritis eos q̄ uos diligunt. id ē si reddideritis bona
ꝑ bonis. quā mercedē habebitis. Id ē q̄d magnū facietis. Nonne
& publicani hoc faciunt. Vult aut̄ & hoc illos facere & longe
ampli⁹. id ē ut n̄ solū amicos. uerū & inimicos diligant. Posterius
aut̄ q̄d ē reddere malū ꝑ malis h̄nt & mali. & mediocrit̄ mali. ul̄ me-